



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Dispensatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)



Præpositus Generalis absque Societatis consensu, vel aliquis ex Sociis huiusmodi, absque Generalis Præpositi expressa licentia, electioni seu provisioni de illius in quamcumque dignitatem per quemcumque Principem, vel quodcumque Capitulum, aut alios ad id auctoritatem habentes, factæ consentire, aut ad illam admitti, seu alicujus prælationis & dignitatis in eadem Societate, si eam occultâ aut manifestâ ambitione quæsisse convincetur, capax esse nullatenus potest, PAULUS III. pag. 10.

Ad Sacerdotium, vel ad Professionem, aut cujusvis gradûs mutationem nemini adspirare licet. GREGORIUS XIV. Const. pag. 98.

DISPENSATIO.

§. I.

Facultas dispensandi super irregularitate.



Potest Præpositus Generalis, per se, vel per alios ad id deputatos, dispensare cum iis omnibus, qui sub Obedientia Societatis degunt, super irregularitate,

tate, si quam incurrerint, eò quòd excommunicati, aut suspensi, aut interdicti, aut in loco interdicto Divina officia celebrarint, aut Ordines susceperint, nisi excessus dispensandorum sit adeò gravis, ut ad Sedem Apostolicam sint remittendi, juxta explicationem SIXTI IV. in Bulla pro Prædicatoribus data prid. Kal. Sept. 1474. Incipit: *Regimini uniuersalis*: est 33. in Bull. Regul. n. 41. Sicutamen dispensati, nisi mox Ordinem intrare, & peractis experientiis secundùm Societatis Constitutiõe vota emittere parati sint, etiamsi super hoc^s induciæ eis à Prælatiis concedantur, eo ipso in pristinas sententias reincident. PAULUS III. pag. 11.

Hac facultate uti possunt omnes Superiores.

S. 2.

Facultas dispensandi super defectu natalium, irregularitate non omni.

Præpositus Generalis, & de ejus licentia Provinciales, ac eorum Vicarii, & loca tenentes, possunt cum Religiosis Societatis, defectum natalium quouis modo patientibus, & quavis ex causa irregularibus, præterquam homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum, postquam in Societatis Ordine vota emiserint, dispensare, ut ad sacros Ordines, ac eorum usum; & ut prædictum defectum natalium

lium patientes, ad quamvis administrationem, ad præminentias, & officia Societatis, eligi, recipi, & assumi, liciteque ea exercere possint. Paulus III. pag. 13. & Gregor. XIV. pro Clericis Regularibus ministrantibus Infirmis per Bullam, dat. 11. Kal. Oct. 1591. Inc: *Illius*, qui pro Gregis: est 17. in Bull. comm. in n. 29.

Hac facultas conceditur Provincialibus. Si quis vero post ingressum in Societatem inciderit in irregularitatem, qua dicitur ex defectu lenitatis, conceditur etiam reliquis Superioribus, & Confessariis facultas cum eo dispensandi.

§. 3.

Facultas dispensandi cum Nostris super irregularitate homicidii cum limitatione.

Possunt Præpositus Generalis ac Provinciales dispensare cum Nostris sibi subditis in irregularitate homicidii: dummodo tales homicidæ non sint certi, quòd ipsi actualiter occiderunt, nec pro certo sciant, quòd fuerunt tales mandatores vel auxiliares homicidii, quòd sinè illis nullo modo fuisset tale homicidium perpetratum. Concessit hoc Sixtus IV. Ordini Minor. ut in ejus Oraculis in Bull. Regul. n. 7. Sed amplior habetur concessio PII V. data.

da
sit
pe
ca
in
xa
N
de
co
In
&
ba
ex
po

F

sci
So
in
re
ob
sic
ne
lu
Be
na

data Abbatibus, & Prælatibus Cassinensibus, per quam Superiores possunt dispensare in omni Irregularitate, etiam ex cap. homicidii voluntarii, & datâ operâ antel ingressum in Societatem perpetrati, dumtaxat in foro conscientiæ cum Nostris, etiam Novitiis, in ea tamen perseverantibus, & donec in ea vixerint. Habetur in Bull. comm. Bullâ 129. datâ Idib. Junii. 1571. Incipit: *Dum ad Congregationem* in n. 1. & 2.

Hæc facultas communicatur Provincialibus. Sed in irregularitate ex bigamia, & ex homicidio voluntario procedente, soli Præposito Generali reservatur.

§. 4.

Facultas dispensandi cum Nostris super omni irregularitate, etiam in casibus Papæ reservatis.

Potest Præpositus Generalis in foro conscientiæ dispensare cum personis Nostræ Societatis, super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reservat, scilicet in morte, in membrorum obtruncatione, & enormi sanguinis effusione; dum tamen aliquid eorum trium notorium non sit, & hoc propter scandalum. Concessit Martinus V. Prioribus S. Benedicti Vallis Oleti, ubi habetur Originale, & refertur in Comp. Min. verb. *Dispensatio.*

satio. §. 24, & est oraculum authenticatum.

§. 5.

Quilibet ex Nostris potest semel in vita dispensari à Confessario deputato super irregularitate qualicumque.

Per Privilegium Monachorum S. Hieronymi in Hispania, quilibet Nostrorum potest semel in vita dispensari in foro conscientiae, à Confessario per Superiorem deputato, super irregularitate, quacumque occasione contracta. Concessit Sixtus IV. 16. Maji. 1481. V, V. O. Habetur in Comp. Privil. ejusdem Ordinis V. *Indulgentias Plenarias.* n. 3. Similis concessio Cisterciensibus per signaturam ab eodem Pontifice facta est. Habetur in Bull. Regularium; est Bulla 46. ubi communicat facultatem dispensandi super irregularitate, quovis modo, & qualitercumque contracta, & contrahenda, per unum ex Confessariis, ad Confessiones Religiosorum deputatis: sed iis tantum favet, qui interfuerint Congregationi Generali.

Hac facultas communicatur omnibus Superioribus, & aliis Confessariis, quibus ipsi eam commiserint, praterquam in irregularitate ex bigamia, & aliis tribus casibus in superiori §. contentis, qui Praeposito Generali reservantur.

Facult.

*Facultatum, quæ proximè præcedentibus
ribus §§. continentur, usus esse non potest, in
quibus ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 7.
repugnant; nisi in foro conscientie tantum, in
quo licet illis uti juxta ea, quæ habentur Verbo
Concilium Tridentinum §. 3.*

§. 6.

*Facultas dispensandi circa jejunia,
& cibos prohibitos cum Nostris.*

Potest Præpositus Generalis, per se
vel per alios Professos, quos elegerit, dis-
pensare cum Nostris circa jejunia & ci-
bos prohibitos. Julius III. pag. 22.
Per extensionem tamen Gregorii XIII,
de qua verbo *Communicatio gratiarum*. §. 4.
id facere potest per quemlibet alium So-
cietatis. Per concessionem autem Ev-
genii IV. factam Monachis S. Hierony-
mi, ut refertur in *Comp. Minor. Verb. Je-
junium*. §. 7. Præpositi Domorum ac Re-
ctores possunt dare licentiam de consilio
Medici, vel sine eo.

Id videtur concessum Vivæ vocis ora-
culo. Habetur ex Bulla Leonis X. datâ
6. Kal. Junii 1514. Incipit: *Religionis
Zelus*: pro Conventibus S. Jacobi de Ve-
les, & S. Marci in Hispania Ordinis S. Jaco-
bi; hodièque authentica ibi servatur: quâ
conceditur usus ovorum, & lacticiniorum,
etiam familiaribus, & Domesticis: non
tamen

tamen conceditur dispensatio circa jejunium.

Hæc facultas, quo ad gratiam à JULIO III. factam communicatur omnibus Superioribus, Et iis quibus ipsi commiserint. Facultas verò EVGENII solis Superioribus.

§. 7.

Facultas dispensandi ad petendum debitum cum consanguineis.

Possunt Nostri Confessarii, si sint viri docti, & juxta formam Concilii Trid. approbati, ex commissione Provincialis dispensare in foro conscientie ad petendum debitum cum iis, qui consanguineum vel consanguineam sui conjugis post Matrimonium carnaliter cognoverunt. Pius V. Franciscanis de observantia 27. Septembris anno 1569. Vivæ vocis oraculo; quod est inter Oracula hujus Pontificis. n. 9. in Bull. Regular. Idem Benedictinis certorum Monasteriorum in Hispania, Nicolaus Francus Legatus à Latere 8. Junii 1476. ejus Breve legitur in Bull. Regul. n. 42. inter Bullas Sixti IV. & Benedictinis Vallisoletanis Ludovicus Card. S. Marcelli Major Pœnitentiarius 6. Kal. Aug. Pontificatus Julii 11. anno 1. Habetur inter Bullas hujus Pontif. ordine 23. in eodem Bullario. Itèm per Bullam Eugenii IV. pro Monachis Congr.

S. Justinæ, dat. prid. Kal. Julii 1436. est
11. in Bull. comm. in n. 12. quæ conces-
siones procedunt in suppositione Doctrinæ
communis, quod prohibitio petendi debi-
tum in hoc casu est pœna, in qua ex consue-
tudine Episcopus dispensare potest.

*Facultas hæc conceditur Provincialibus,
& aliis Confessariis, quibus ipsi per se, vel
per alios eam commiserint, admonito pœni-
tente, ut si conjugii sit superstes, iterum nè
contrahat absque dispensatione impedimen-
ti incestus impediens, si eo loco voluerit
contrahere, ubi illud non fuerit consue-
tudine legitime abrogatum.*

§. 8.


*Facultas dispensandi ad petendum de-
bitum cum ligatis voto simplici castitatis.*

Possunt Nostri Confessarii, si sint viri
docti, & juxta formam Concil. Trid. ap-
probati, ex commissione Provincialis dis-
pensare ad petendum debitum cum his,
qui post votum simplex Castitatis matri-
monium contraxerunt. Concessit Pius
V. Franciscanis 26. Octobris anno 1569.
Vivæ vocis oraculo, quod refertur inter
Oracula hujus Pontificis n. 12. in Bulla-
rio Regularium.

*Hæc facultas communicatur omnibus Su-
perioribus, & aliis Confessariis, quibus ipse
eam commiserint.*

Vide

Vide quæ habentur verbo *Communitio*. §. 2. Et qualiter Nostri Superiores possint per se ipsos dispensare cum Nostri sibi subditis in omnibus irregularitatibus, & aliis, perinde ac possunt Episcopi cum Clericis & Laicis sibi subiectis, etiam vigore Concilii Trident. vide juxta ea, quæ habentur infra verbo *Prelati*. §. 3. Vide itè quod peculiariter dicitur circa ultramontanos quoad relapsum in hæresim, vel apostasiam verbo *Absolutio*. §. 8. Et quod contentis hoc verbo non obstet Concilium Tridentin. in foro conscientiae, Vide verbo *Concilium*. §. 3.



DOMUS.

§. 1.

Facultas ubique habendi domos.



Vomodo Domos ubique possint habere Societas; & eo ipso quod sunt constructæ, vel donatæ, censentur erectæ & confirmatæ Apostolicâ auctoritate, Vide verbo *Bona*. §. 2.

§. 2.

Domus probationis habere possunt redditus.

Domus